

wird Petrus Ihnen entgegen, bin in Galilaea geboren, und dennoch blieb ich zu Rom.“ Aber alle Vorstellungen halfen nichts, am 8. September 1370 schiffte sich Urban ein und hielt den 24. seinen Einzug in Avignon. Zwei Monate später, den 16. December, war er eine Leiche, wie es die hl. Brigitta ihm vorausgesagt hatte. Die Liebe zur Heimat war wohl die einzige Schwäche in Urbans Charakter, der im übrigen ein wahrer Seelenhirt, ein Mann nach dem Herzen Gottes war und selbst bei seiner hohen Würde der schlichte einfache Ordensmann blieb, der im wohlverdienten Rufe der Heiligkeit starb.

Der letzte (20.) Papst, der dem Orden des hl. Benedictus angehörte, ist Pius VII. — Barnabas Chiaramonti (1808—1823) ¹⁾. Sein Leben gehört der Neuzeit an und sein Wirken und Leiden ist aus der Geschichte Napoleons hinreichend bekannt. (Ein weiterer Artikel folgt im kommenden Jahrgange.)

Briefe des P. Felix Pfeffer,

Conventual des unmittelbaren freien Reichs-Gotteshauses Ottobeuren,
aus seiner Gefangenschaft und seinem Exil, 10. October 1646 bis
16. Februar 1647.

Mitgetheilt von P. Magnus Bernhard in Ottobeuren.

(Schluss v. Hft. III. S. 133—140.)

VII.

Ulm beyrn weissen Ochsen. — *Preces et obsequia debita.* —
Admodum Reverende Charissime P. Subprior!

Expectabam hac vice certas, ut fatear, a Paternitate Vestra re-
sponsorias, sed frustra. Quae causa sit, me latet. Forsan censuit pe-
tionem meam Reverendissimo nostro ²⁾ (nescio ubi) commoranti per
litteras prius intimandam et ab ipso determinationem hoc in casu
expectandam? An forte nuntius (quod aequè crediderim) improvise
abitu litteras a Paternitate Vestra expediendas praevenit? Utrumvis
horum sit, ego nequiquam censuerim, sed tamdiu interim meo statu
satis iam domum renuntiato, permanserim in hospitio, donec tandem
a nostris recipiam litteras, quid mihi facto opus, an sit domum abe-
undum, an migrandum ad Elchingenses extra urbem hactenus per
mensem sat tutos, an vero diutius adhuc in caupona non sine magnis
perdurandum expensis. Fuerat forte praeterita hebdomade sat com-
moda occasio hinc Vlma Memingam mit einem Obrist Leytenambt,

¹⁾ Pius VII. (1800—1823.) 1. Artaud, hist. du Pape Pie VII. Paris 1826, 2 vol. (deutsch in Wien 1838). — 2. Gams, Geschichte der Kirche. Chr. im 19. Jahrh. I. S. 26. — 3. Giucci, Storia di Pio VII. (Roma 1857.) — 4. Henke Pius VII., Stuttg 1862. — 5. Mémoires du Card. Consalvi. Paris 1864, voll. 2, hievon eine deutsche Ausgabe. Consalvi's Memoiren. — 6. Wiseman, die 4 letzten Päpste. — 7. Pacca, Histor. Denkwürdigkeiten über Pius VII. Augsburg 1831.

²⁾ Abt Maurus von Ottobeuren, regierte von 1633—1655.

weyländ Commendanten zu Schorendorff¹⁾ demigrandi, sed duae res, ut verum fateor, me hinc absterruere. Nimirae litterae Paternitatis Vestrae, mihi primitus huc transmissae, quibus expresse vetuit, ne absque expressis Ottoburani cuiuspiam me viae darem avocatoriis. Altera causa fuit, quod ipse Supremus Leyt. vix extra portas Ulmenses prima vice cum suis egressus, de vita statim periclitatus sit, ab irruentibus equitibus (ut aiunt Caesareaneis) ex improvise invasus, et cum duorum e suis interitu, in civitatem retrocedere compulsus. Taceo, quid ipse supremus Dominus Leyt. a me hic Vlmae conventus, audito, me a Corneto meo, soluta nec dum integre Ranzione non satis liberum esse, me secum avehere Memingam tum temporis haud fuerit ausus. — Modo iterum atque iterum hortor rogoque Reverentiam Vestram, ut vel proxime mihi per hunc vel alium nuntium significet, quid agendum, ne magnas super Ranzionem meam cogar hic facere expensas, quae iuxta hospitis computum mihi factum, hodie id est 17 huius iam excurrunt ad decem florenos et 30 crucigeros, quod admodum admiror, cum a sesquihebdomade . . . in hospitio sum, sexies extra apud Dominum Elchingensem comederim et alias parce admodum tractatus in hospitio sim. Ignoscat simul importunitati meae et me deinceps sibi habeat commendatum. Saluto omnes nostros.

Vlmae bey dem weissen Ochsen 17. Novemb. 1646.

Admod. Reverd. Pater. Vestrae observantissimus P. Felix, Ottobur.

Inscriptio: P. T. Sebastiano Rhoer, etc. Subpriori etc.

VIII.

24. Nov. 1646. Ulm, weisser Ochs etc.

Laetor Paternitatem Vestram, me licet indignum, modo tamen responso dignatam. Ad primum quod attinet, in quo Paternitas Vestra negligentiae me arguit, quod Captori meo Corneto lytrum necdum integre persolverim, forsitan non adeo fuerim culpabilis, tum, quod tempus ac diem, in quo primo persolvere debueram, nimirum 26. Octob. die Veneris, in posterioribus meis causa lytri transcriptis satis expresserim, et tamen pecunia mihi duobus primum post diebus, scilicet die Dominica (praesente pridie hic Corneto, sed denuo ad exercitum ante Dominicam reverso) a nuntio Henckhl hic serius numerata sit. Tum, quod tradita pecunia, primis statim diebus per Commissarium Suecicum id Corneto meo significarim, rogarimque enixe, quatenus vel ipse huc profectus lytrum integre recipiat, vel dicto Commissario potesta-

²⁾ Schorndorf, Stadt im Königreich Württemberg.

tem faciat idipsum suo nomine recipiendi, transmissa tamen Schedula debitoria, et alia plenae receptionis teste (quitscheindl) simul expedita. Tum denique, quod consultum videbatur, ne adeo perurgerem integram lytri receptionem, cum non semel audierim a corneto, poenitere ipsum, quod me ceperit, graviter idcirco a Domino Magistro suo equitum incusatum ac correptum, ut propterea tum mihi tum aliis visum sit, Cornetum post receptionem sexaginta florenorum residuum pecuniae non adeo amplius perursurum, sed forte ipsum audito maxime, das es ein khirchenguert sey (quod plures etiam Suecorum absterret) liberaliter deinceps condonaturum. Si vero hoc futurum non sit (ut timendum est) miror videri necessarium, ut cum tanto onere et impensis hic Vlmae tamdiu manere debeam in hospitio, donec scilicet ipsi lytrum integre persolverim, cum in mea schedula debitoria ad plus me non obligaverim, quam quod residuum pecuniae, scilicet centum sexaginta et unum florenos, ipsi Corneto meo debitos adhuc certo posthac persolvere velim, quod quidem non Vlmae tantum, sed Domi quoque fieri potest, pecunia dicta interea apud Reverendissimum Elchingensem tamdiu relicta, donec Cornetus ipsam vel per se, vel per Commissarium suo loco recipiat, me interim hinc profecto, et ad meos ob sumptuum difficultatem reverso. Ita et ego et alii hic mecum censeant. Verum cum mei iuris arbitriique non sim, resigno totum negotium meis Superioribus, quid facto opus sit disposituris et me proxime ea de re certiores reddituris. Certe dass quitscheindl wirdt mir der Cornet von sich eigens nit expediern mögen, cum nec legere nec scribere queat, insuper nec proprium (quod certo novi) possideat sigillum, quo eam Schedulam a se scribendam expedire posset. Ergo hoc tantum ab alio e. g. Commissario vel altero ipsius nomine (si ita visum fuerit) fieri deberet. Quod ad alia attinet, hac occasione quoque domum referenda, noverit Paternitas sua cum nostris, me hic in hospitio non lautum adeo (ut suspicari ex meis nuper datis forte licet) admittere victum, sed teste conscientia mea, hac hebdomade pro potu, ne mediam quidem vini mensuram, sed tantum Cerevisiam bibisse; nec animus est deinceps quoque, dum hic fuero, uti multum vino, nisi forte diebus collationis, aliqualis saltem causa refocillationis, quod tantum iam spatio unius sesquihebdomadae (ut super scripsi) consumpserim, non mea facit prodigalitas, sed mulierum hic loci consueta tenacitas. Demonstrabit id quondam privata mea schedula, omnium quos hactenus sumpsi summamque ciborum notatoria. Quod vero hucusque viatorum more in hospitio vixerim, non victorum, causa est, quod

prima statim hebdomade, qua me in hospitium venisse domum retuli, speraverim proximâ statim occasione me ad nostros avocandum, nec cum magnis impensis in hospitio diutius relinquendum. Credebam vero, eas una vel altera hebdomade, qua mansurus hic essem, non fore tam magnas; maxime cum ne tales fierent, data opera apud Elchingenses in urbe (uti et meus socius apud Wiblingenses) sexies interea minuendis pro sumptibus, fuerim pransus. Deinceps, cum manendum ulterius videatur, sequar Paternitatis Vestrae nostrorumque consilium et more victorum summatim cum aliquo hospite (non cive privato, cum ad talem a Senatu Ulmensi neququam dimitterer) conveniam, quod iam iam praestiti cum aliquo (licet nec dum plane me determinaverim quaedam ob obstacula) qui pro omnibus, scilicet cibo, potu et domicilio paulo aliquid infra tres florenos hebdomatim sumere vult, ad quem idcirco cras forte, nisi aliud Superis et Religioso meo placeat socio, commigrare animus est. Rogo tamen per Dei amorem, ne me diutius (nisi motiva urgentia suadeant) hic in hospitiiis haerere sinant; quod optem hoc, magnae praeter lytrum me movent impensae, et lacera admodum vestimenta, quae cum melioribus commutandi nec pretium hic suppetit, nec occasio. Reverendissimus Elchingensis (cui sint grates) mihi nuper indusium par tibialiorum et calceos dono dedit, iam indigerem praeter haec etiam aliis, tum intra tum extra penitus laceris; haec subministrare vix poterit aut volet omnia Dominus Abbas, cui pro prioribus beneficiis admodum magnis satis gratus esse nequeo. Succurrerent plane meae necessitati vestimenta domi occultata, quorum catalogum (uti et aliarum quarundam rerum) Ottoburæ super cellae meae pulpitiū in forma octavae reperire fuit. Num extet adhuc, vel iam repertus sit, mihi incompertum est. Ego iam claudio et Paternitatem vestram cum nostris patribus Memingae morantibus salvere plurimum ac valere cupio, responsi in proximo plane cupidissimus. Ulmae bey dem weissen Ochsen 24. Nov. Ao. 1646. — Admodum Paternit. Vestrae servus

P. Felix, Ottoburanus.

IX.

29. Nov. 1646. Ulm, weissem Ochsen. — etc.

Arripui hanc, quae casu se obtulit, scribendi occasionem eaque Paternitati Vestrae significatum volui, me totaliter iam liberum a Corneto meo (recens facto Leytenant) esse et a iure captivitatis penitus exolutum. Contigit hoc nuper vigesimo sexto Novembris, quo dictus Cornetus praeter spem huc reversus, residuum lytri a me expetiit et impetravit. Laboravi quidem omnibus modis, intercedentibus simul Re-

verendissimo Domino Abbate Elchingensi et Domino Commissario Suecico hic residente, ut Cornetus mihi aliquid de tota summa condonaret, sed is tarpesia durior caute vix tandem vel mille precibus fatigatus, remisit undecim florenos ad complendum numerum centum Dalerorum ultima vice auferendorum, acceptis prius sexaginta quatuor florenis, qui cum centum Daleris computati faciunt ducentos et 14 florenos, quibus contentus meus Cornetus abiit et me nunc penitus liberum effecit. Chirographum meum antehac ipsi traditum recepi modo, cassatumque dilaceravi, aliud mei absolutorium ¹⁾) (ein quidschein) confecit mihi nomine Corneti, nec scribere potentis nec legere, dictus supra Commissarius Suecicus, bonus admodum fautor meus, qui sigillum quoque suum infra appressit. Illius Chirographi copiam Paternitati Vestrae modo transmittere volui, inspecturae num bonum satis, sufficiensque sit; originale tamdiu apud me retinebo, donec ad nostros rediero, idque mecum portavero. Redeundi autem brevi mihi magnum hic desiderium est. Vestrae Paternitatis erit iudicare, num id hoc tempore satis tutum fuerit, militibus circumquaue turmatim discursantibus. Ego Superioribus meis me et redditum meum ex corde commisero. In hospitio meo bey dem weissen Ochsen usque ad vigesimum quintum Novembr. exclusive consumpsi iam quindecim florenos, iam alio facto ordine hebdomatim tres circiter insumo, ut proinde duodecim per mensem, si mansurus hic sim, ad minimum indigeam, additis quatuor aliis extra hunc ordinem consumptis; reliquos undecim per illos mihi a Corneto condonatos exsolvam nisi unum vel alterum,

1) Dieses Absolutorium lautet :

„Ich Georg Vogl, des Loblichen Bergischen Regiments-Staigerwaltischer Compagnia bestellter Leytenant, Bekhenne hiemit, von P. Felix Pfeffer, Profess des Gottshaus vnd Closters Ottenbeyren, die mir schuldige Ranzion, nemblich von anderthalb hundert Reichstaler, baar vnd ohne abgang empfangen zu haben. Desswegen Ich Ihme des quit, frey, ledig, vnd loss Zele : dergestalt vnd also, dass weder Ich, noch Jemandt anstatt meiner Zu Ihme, oder dem Closter verner ainichen Zuespruch vf khain weiss noch weg, suchen oder haben wollen. Und weilen Ich aber des Schreibens vnerfahren, auch mit khainem aignem Bett-schafft versehen bin, Als hab Ich erbetten Herrn Parrolt, Königl. Französischen Prouiantmaister etc. etc., dass derselb an statt meiner diese Quitung vnterschriben, vnd aigens verfertiget hat. Geschehen in Vlm den Sechs vnd Zwanzigsten Monatstag Nouembris im Sechzehnhundert, Sechs vnd vierzigsten Jahr.

Antonius E. Parrolt,
Französ. Commissarius.

(Cum Sigillo Sub impresso.)

quod timeo pro necessariis corporis mei, maxime vestitus expendere debeam, cum omnia hic emendicare non liceat. Iam hoc necdum adeo certum est. Quod Paternitati Vestrae hac vice raptim significare meque una cum plurima salute nostris dicenda, commendare humiliter volui. Vlmae bey dem weissen Ochsen 29. Nov. Ao. 1646. — Adm. Rdae. Patern. Vestrae servus P. Felix, Ottoburanus.

X.

14. Dec. 1646. Ulm etc.

An ultimas meas litteras per praefectum ¹⁾ in Kelminz ²⁾ transmissas receperit, me latet. Significavi in ipsis, me plene iam redemptum a Cornefo meo iam Leytenant facto, verum non maiori cum dimanctione quam undecim florenorum, quos mihi licet aegre exoratus condonavit. Iam in dies exspecto avocari Memingam ad nostros rediturus, quod timeo, ne forte adhuc non contingat, ob importunos viatores hinc inde adhuc magno numero discursantes. Heu, quid faciam hic sine aere, sine loculis, ut canis sine dentibus! exclusus iam etiam e hospitio apud album bovem sum. Extruserunt me magni Officiales Suecici, qui hospitem uno die ditiozem, quam ego vel medio anno reddere possunt. Rogabam obnixè et instabam, ut me retineret; respondebat, velle, si symbolum hactenus factum, persolverem. Quod cum me posse iam temporis negarem, tandem ideo recedere coactus sum. Iam moror privatam apud civem, Lodovicum Mair, vulgo Brigel dictum; Quamdiu, incompertum aequè est, cum indies expectem responsum a Senatu Vlmensi, nimirum delicato, num privatis in aedibus morari mihi licitum sit. Si hic quoque exclusus fuero, nescio profecto, quo vadam, nisi Superi mei misereantur et bonum praeter spem provideant hospitium. Interea curabo ego, ut donec revocatus domum fuero, licet sine nummis, periculoso hoc tempore urbem hanc exilibus tutum admodum refugium non deseram. Rogabo hospitem meum, ut mihi nummorum licet subsidio destituto fidem interea habeat, donec eam nuntius Henckhl aliquando nostrorum iussu exolvat. Hoc novi heri expertus sum, exstare hic Vlmae duos calices, e nostro Monasterio non ita pridem abstractos; ubi tamen certo existant, necdum certo comperi; si possibile sit eos iterato indipisci, nullum certe non movebo lapidem. Audio, proh dolor, ma-

1) Praefectus soviel als Amman oder Bürgermeister.

2) Kelmünz an der Iller, Pfarrdorf im kgl. bayr. B. A. Illertissen.

gnam quoque Bibliothecae¹⁾ nostrae partem subreptam! Heu damnum omni damno longe gravissimum! Si quid horum librorum Vlmam de-
 venerit, curabo etiam, ut aliqua, si possibilis sit, horum fiat resti-
 tutio. Certe quod tantum Monasterio nostro (ut audio proh dolor!)
 detrimentum transitu Suecorum illatum sit, magnus hic mihi Baro
 (Avangour nomine, ein französischer Ambassador oder Resident bey
 der schwedischen Hauptarmee, Chatolisch vnd allen geistlichen best
 wolgenaitger herr) causam esse dixit, quod monasterium omni penitus
 incola vacuum sub suecorum adventu exstiterit. Suadet itaque das
 was noch khain Pater auss den Vnnserigen bey dem Kloster ist,
 ainer sich eheist mit vor begerter vnd erhaltener Salvaguardi von den
 Schwedischen alhie begeben, damit doch die brunst, so noch nicht
 fürvber gangen, möge verhüttet werden, was man aber nit wisse, wo
 man begeren oder ankhlopfen soll, so soll man nur ihm zu schreiben

1) Es geschah dieses beim Einfall der schwedisch-französischen Armee,
 unter dem General Wrangel und dem französischen Feldmarschall Tu-
 renne Ende November und Anfangs December. Turenne nahm sein
 Hauptquartier im Kloster und soll bei der Tafel gesagt haben: „Er
 wundere sich, dass die Mönche soviel Wein hinterlassen hätten; ent-
 weder sei es aus Einfalt geschehen, oder weil sie den Soldaten wohlge-
 wollt, oder guten Trunk vergönnt hätten.“ Er gebot desshalb seinen
 Soldaten, das Kloster zu schonen. Daran kehrten sie sich aber nicht im
 mindesten. Nicht nur, dass sie die Gebietsdörfer plünderten und ver-
 brannten, die Unterthanen auf das grausamste misshandelten, sie schon-
 ten das Kloster selbst nicht. Der sonst unerschrockene Hauswächter
 P. Jeremias floh auf einige Tage nach Memmingen. P. Albert Kretz
 schreibt in seiner Chronik: „Den 12. Decembris 1646 sind unsere zuevor
 verloffene, vnd auf den Weilern, oder in Wäldern verschloffene Kloster-
 bediente, als der Koch, Jäger, Thorwarth, durch das Kloster nach Mem-
 mingen gangen, vnd haben allda vnsern Patribus erzehlt, wie es darin
 stehe, dass nemlich alle thor und thür mangel offen, mehrer thail verhauen,
 Wein, hier, getrayd, schmalz, schaff, Vieh, schwein, alles hin, das nit
 ein Suppe zuekochen, die Mühlen verderbt, die weyher bei dem thore
 abgegraben, der bei der Kieferhütt abgelassen, in dieser alle Fässer vnd
 Järgarn verherget vnd verderbt, die Abtey, Canzlei, Grosskellerey vnd
 Kuchenmeisterey vbel zuegericht, alles darin under einander geworffen,
 im Convent viel verschlagen, die bretter aufgehebt, die behaltusse ge-
 funden und spolirt, in Kellern alles under ybersich kehrt, auf dem
 Schlafhaus Feuer gefunden worden, so in brunst ausgebrochen wäre,
 wan der Koch vnd Jäger nit gelöscht hätten; die Bibliothec sei nit be-
 schlossen vnd bestohlen, vnd der Conventknecht zwaymal aufgehent
 worden, das haylig im Kloster herumgestreut, auss den korngarben seyen
 um den stadt hütten vnd Zelte gemacht, deren eine noch stehen, andere
 ligen, vnter dessen aber alle verderbt.“ (Handschriftliche Chronik des
 P. Albert Kretz.)

mit zugethanen Schreiben an den H. General Turini. Des Herrn Ambassadors Titl Zum nachricht lautet also: Dem Hochwolgebornen Herrn Carl Freyherrn Avangour, Königl. May. in Frankr. Geheimen Rath vnd Residenten der Königl. Schwedischen haubtarmee, wie auch daselbsten bestellten Obristen zu Ross etc. Atque haec Dominus Baro suadet et consulit, nisi ut spero forte iam factum sit, sed nihilominus nihil effectum ob hostium nimiam copiam roburque. Rogo iterum iterumque, ut mei non obliviscant, sed si hostilis exercitus e nostris discesserit partibus, me quamprimum domum avocent; adverto enim, me sine nummis omnibus plane esse oneri rerum ac victualium ob Suecorum quotidianum ingressum hic notabiliter aucto. Verum, ut par est, rem hanc commendo Superis, qui me, ut spero, non deserent, quem nuper hosti subreptum benigno prorsus voluêre praesidio. Claudio iam et me Paternitati Vestrae, caeterisque nostris Conventualibus cum humili salute plurimum commendo. Raptim Ulmae 12. Decembr. Ao. 1646 etc.

XI.

30. Dec. 1646. Ulmae prope aedes Elchingenses etc.

Mirabitur forsán Paternitas Vestra, me denuo bonam neglexisse occasionem eundi domum seu Memingam cum Domino Landuogt in Ginzburg ¹⁾, bono admodum Religiosorum patrono. Sed cur hoc intermiserim, haec causa est. Cogitavi saepius mecum, maxime profecto hinc exercitu Suecico, quid mihi magis expediret, divertere scilicet ad monasterium aliquod nostri ordinis, et in eo per tempus aliquod hospitari, si possibile sit, an vero Memingam ad nostros abire, ibique numerum afflictorum adaugere? Incidit hoc consilium, ut de Coenobio quopiam mihi prospicerem, dum Ottoburae locus non foret, ubi vitam commode agere, et Religioni pro debito vacare possem. Monasterium vero eiusmodi pro tempore visum mihi utcumque commodum, ipsum Elchingense, quod praeter opinionem iam ultra binos menses liberum penitus ab incursu militum extitit, et provisum nunc temporis trina Salvaguardia in posterum quoque tutum futurum creditur. Supplicavi idcirco ante hebdomadem circiter Reverendissimo Elchingensi, ut me tutoribus iam ventis ad suum illud Coenobium recipere vellet. Negavit primo, sed tandem pluribus exoratus annuit, modo Conventuales sui proxime ad urbem causa negotii cuiuspiam venturi consentirent.

¹⁾ Günzburg, Stadt an der Donau, im kön. bayr. Regierungskreise Schwaben und Neuburg.

Ergo deliberatum meo iam animo, proxime migrare Elchingam, si Superis et Superioribus eiusdem loci complacitum sit. Alterum quod a moderno me itinere Memingam versus impediit, est carentia equi, quo prorsus eguissem, si iam cum Domino praeside in Ginzburg Memingam migrare voluissem; nam ut equum emerem, pecunia non fuit; ut etiam mutarem, occasio abfuit. Apud cauponem bey dem weissen Ochsen consumpsi ex toto octodecim florenos cum triginta duobus crucigeris. Solutionem istorum is instantissime expetit, quod tamen cum possibile mihi sit, a Reverenda Paternitate Vestra nomine monasterii nostri perfici plurimum rogo. Si nuntius Henkhel tam brevi non venerit, per alium quaeso tabellarium aut hominem id perficiant. Audio nuper primum hic unum fuisse nuntium e Memingen, qui si redeat iudicio Henckelii, me debito solvat perquam velim. Vult quidem hospes sibi intra duas hebdomades satisfaciam, sed cum hoc promittere non possim, Reverentia Vestra faciet, quod possibile erit, et cauponem pecuniae avidum brevi contentum reddet. Alias Deo sint laudes, nulli quippiam hic loci debeo, nam a tempore, quo cauponam deserui, solvo modernum hospitem meum Ludovicum Mair nomine, civem Vlmensem ea pecunia, quae mihi a Corneto de lytro condonata est, scilicet undecim florenis, quos ad tres usque pro tempore expendi. Residuos nummos (si aliqui ante abitum in Elchingen superfuert), expendam in redemptionem duarum Dalmaticarum ¹⁾ Domini Abbatis nostri Ottoburani nunc temporis apud Wengerinos ²⁾ pro Dalero depositarum. Novi etiam viginti quatuor libellos ad nos pertinentes, quos, si possibile sit, per me vel alios redimam. Certe nil magis doleo, quam ablatam ut audio nostram bibliothecam, quam plurimis florenorum millibus vendere par non erat. Finio iam, et Reverentiam Vestram rogo, ut si me domi esse velint, id mihi proximis litteris significet; si vero aliquanto tempore me morari cupiant in Elchingen, Reverendissimum eiusdem coenobii nomine nostrorum per intercessorias conveniat, et me deinceps, ut antehac, cum humili salute nostris dicenda, commendatum quaeso habeat. Salutatur etiam Paternitatem Vestram Reverendissimus Elchingensis, qui calamitati nostri coenobii et misero statui ex animo condolet. Vlmae prope aedes Elchingenses 30. Decemb. Ao. 1646 etc.

¹⁾ Von den Schweden im December 1646 geraubt.

²⁾ Regulirtes Chorherrnstift Augustiner-Ordens zu den Wengen in Ulm, gestiftet im Jahre 1183 von Witegov von Alpeck.

P. S. Timeo monasterium Elchingense mihi aegerrime amictum praeter victum subministraturum. Si ergo possibile sit, rogo, Paternitas Vestra mihi cum novendecim florenis cauponi debitis, destinet proxime Ulmam 6 circiter florenos pro vestibus aliquibus hyemi necessariis, v. g. chirothecis, caligis et interula, aut uno horum amictu, magis necessario, si omnes comparare non possim, ut tam parva pecunia non potero.

XII.

Ulm, 2. Jänner 1647

Salutem, preces et felicioris auspicium anni etc.

Abiissem hodie in Elchingen, futurus aliquandiu hospes, nisi litterae Paternitatis Vestrae heri a me acceptae iter meum praepedissent. Ad eas ordine sic modo respondeo. Quod Calices Imo. (de quibus in nuperis meis feci mentionem) concernit, heri primum eos apud Dominum Commissarium Paccot, quem novorum causa cognoscendorum conveneram, meismet oculis hic Ulmae contuitus sum. Ambo sane nostri sunt, unus ad nostram Sacristiam, alter ad parochiam meam Boehensem ¹⁾ pertinens; quod ita sit ex utriusque certis notis ac insignibus intra appressis comperi. Duxit hos secum ante aliquot dies huc Ulmam Cappellanus Domini Commissarii Tracy et apud dictum D. Paccot deposuit cum mandatis, ut si quis Dominus eos proxime requireret, non prius eos traderet, nisi nomen ac personam illius Domini sibi per litteras significaret, quod proxima occasione futurum esse Dominus Paccot spondet, ut proinde de recipiendis his calicibus vel gratis vel exiguo cum lytro amplius haud dubitem. Quod Ido attinet ad libros a Monasterio nostro nuper abstractos, doleo me hactenus paucorum admodum accepisse notitiam. De sacris illis operibus SS. Augustini, Chrysostomi, Abulensis, Baronii etc. etc. omnino hactenus proh dolor, nil comperi! Audio magnam praedam variarum rerum, inter quas forte etiam dicti erant libri, a negotiatoribus Suedicis Donawerdam abductam. Quod si ita sit, nemo facile illos pro Monasterio amplius recuperaverit. Baldum Iuristam ante paucas hebdomades huc a Coenobio advectum, et a milite per foeminam quandam hic Ulmae diventitum proxime accepi; cui vero vel quo pretio me latet; si possibile erit, ut eum recuperem, recuperare haud intermittam. Ante octiduum primum sedecim minoris formae libellos utcunque tamen utiles, a quodam Suecico Leitenant quadraginta octo crucigeris redemi. Patres Wiblingenses etiam septem penes

¹⁾ Böhen, Pfarrdorf im königl bayr. B. A. Memmingen.

se habent undecim paciis ¹⁾ a quodam milite redemptos, unum pulchellum admodum redemit pro me Reverendissimus Elchingensis, et mihi nuper sine lytro restituit. Apud praefatum Dominum Commissarium Paccot vidi cum calicibus una simul tres maiores libros cum minori, quorum hic solus nomine Monasterii nostri frontispicio insignitus, nec adeo magni pretii existit, tres priores libri sane pretiosissimi sunt, sed sine ullo nomine in fronte ascripto, videor quidem mihi (sed iurare non possem), eos quondam inter alios Bibliothecae nostrae libros vidisse, et raptim in uno maxime quippiam legisse. Verum, ut dixi, hoc certo asserere non possum; poterit forte magis Paternitas Vestra, si ei horum librorum transcribam titulos ac formam. Imus in folio sic indigitatus: Americae pars 7ma verissima et iucundissima descriptio praecipuarum Indiae regionum et Insularum etc. etc. cum mappis sparsim adiunctis. Ius aequaliter in folio: Admiranda narratio, fida tamen de commodis et incolarum ritibus Virginiae insulae nuper admodum ab Anglis inventae etc. etc. cum mappis etiam. IIIus vocatur Theatrum terrae Sanctae et Biblicarum hystoriarum cum tabulis geographicis aere expressis (pulchre etiam illuminatis) auctore Christiano Adrichomio Delpho. in folio. Hos tres, si certo noverit Paternitas Vestra fuisse quondam nostros, privata quaeso ac separata attestetur schedula, fidem, ut spero, habituram apud dictum Dominum Paccot, qui mihi ipsos certo cognitos restituere paratus est. IV. minoris pretii at expresse inscriptus nomine nostri Monasterii videtur mihi haereticus, et sic intitulatus: Der erste Theil Annotationes, das seindt khurze verzaichnusse in die wittenbergische newe Dollmetschung der ganzen heiligen Bibel aller Christenhait zu lesen. Hunc si velim, absque omni labore et lytro comparaverim, sed alicuius forte negotii erit, tres illos priores ad manum accipere. Si alios insuper in notitiam deduxero, non parcam industriae, quin eos compararem. Duas Dalmaticas bombycinas floribus intextas (quarum una fundum violaceum habet, altera viridem) ad Coenobium nostrum, ut mihi videtur, certo pertinentes; nam de facto nuperrime a patribus Wengeranis, uno Dalero redemi, quem et ipsi primo dedere cuidam praefecto equitum dictas Dalmaticas ad se deferenti; nunc apud patrem meum familias in tuto repositas habeo.

Verum quid miri! Dum hanc alteram inchoo faciem, venit improvviso Bibliopola quidam, (quem antehac rogaveram, ut si quid

¹⁾ Batzen, eine Münze, im Werte von vier Kreuzern.

librorum experietur, mihi certo significaret) deferens ad me litteras von einem General-Adjutant auss Munderkhenngen ¹⁾ cum Catalogo librorum quorundam e Monasterio nostro abductorum. Litterae vero sic sonant: Insonders geliebter Herr etc. hiebey vberschickhe Ihm den Catalogum librorum, wan der Pater von Ottobeyrn 100 Pistoleten ²⁾ dafür geben, vnd solche Herrn Marx Miller auf der Schreibstuben zustellen wird, dieselbe aber des Empfanges vnd Versicherung mich avisiren wollen, so sollen die Buecher auf meine Chosten von der Armee vnfehlbarlich herein geschafft werden. Allein müeste Ich ein Categorische resolution bey Zeigern haben, sonsten gehen Sie nach Niederlandt, vnd vergessen die schwäbische sprach. Von denen libris ist ein Capitulare vorhanden (ohn Zweifel so von P. David Aicheler ³⁾, sel. geschriben) bestehendt in 227 geschriebene Pergamentblättern sambt 6 Schildten, wegen dessen will Ich mich mit einem Zaigenden Vhrten Vlmer arbeit (khostendt, wie Ich höhr in die 16 oder 18 Reichsthaler) contentiren lassn etc. Respondi huic militi per bibliopolam, me hoc tempore categoricum responsum dare non posse, scripturum hodie ad meos superiores, et ad proximum octiduum pro responso rogaturum, precari igitur ipsum, ut tamdiu benevole expectet, et interim a dicta summa pistolatorum (ut aiunt quingentoram florenorum) aliquantulum recedere ac remittere dignetur. Ergo quid facto mihi opus sit, ad proximum nuntii reditum certo certius exspecto responsum.

Iam ad alia quod attinet puncta, quorum Notitia Reverentia Vestra desiderat, noverit primo Dominum illum Baronum de Avau-gour non amplius Vlmae esse, sed ante binas hebdomades et ultra exercitum Suedicum Wranglii in Leutkirch ⁴⁾ transiisse, ubi adhuc ipsum morari, et forte brevi huc rediturum audio. Illo sciat pro certo Dominos Commissarios utriusque exercitus amici et hostilis, nec dum hic Vlmae pro Armistitio componendo comparuisse, nedum aliquid certi (ut putat Reverentia Vestra) hac in re tractasse. Causa huius remotionis ac tardi adventus mihi ignota est. Solum audio, ipsos certo adhuc, a brevi quidem adventuros, cum non tantum Domicilia sed

¹⁾ Munderkingen, Stadt im königl. Württemb. O. A. Elchingen.

²⁾ Pistole, eine Goldmünze von verschiedenem Werth, hier 5 fl.

³⁾ P. David Aicheler, geboren zu Mindelheim, Profess des Klosters Ottobeuren am 14. Mai 1564, ein vorzüglicher Kalligraph, Bibliothekar, Administrator des Klosters St. Magnus in Füssen, Pfarrer in Ottobeuren; 1588 nach Andechs in Bayern als Abt postulirt, starb er daselbst am 26. Febr. 1596. —

⁴⁾ Leutkirch, Stadt im Königreiche Württemberg.

etiam victualia ipsorum iussu, iam in urbe parata sint. Dominus Commissarius Tracy Gallicus iam a tribus hebdomadibus in dies bene expectatur quem etiam cum desiderio praestolor. Ubi ergo exercitus Gallicus ac Suedicus ultimato hybernaturus sit, nec determinatum hic Vlmae nec certum est. IIIo. Generalissimus Dominus de Turenne quantum hic scimus, pro tempore in civitate Waldsee¹⁾ est, quamdiu moraturus nos latet; ferunt aliqui, hostes ex Superioribus partibus versus Wirtenbergam tendere, etsi nec dum habeamus certitudinem. Si tamen hoc contingeret, puto nos inde non multum passuros mali vel nihil potius. IVo. An pro Monasterio nostro tum scripta tum viva salvaguardia petenda sit, ego nunc temporis penes Superiores meos cum aliis reliquero, mirantur aliqui ipsam non longe prius, antequam hostes ad Monasterium devenêre, ipsumque devastavêre, requisita fuisse. Si tamen isto adhuc tempore utramque habere velimus, suedica quidem (ut censet Reverendissimus Elchingensis) petenda erit, omnium commodissime a Domino illo de Avengour, Gallica vero a Domino Commissario Tracy, quorum uterque bonus Religiosorum Patronus est. Si ergo putat Reverentia Vestra cum nostris consultum, mittatur pro utroque epistola mihi proxime huc Vlmam Salvaguardiae petitoria, quam Dominis illis ego vel praesens hic Vlmae, si proxime ut fertur, huc ambo advenerint, offeram, vel absens eis in Waldsee et Leutkirch proxime transmittam; responsum quantocius Memingam ad nostros relaturus. —

Nunc quod meam causam proxime concernit, hoc est: nempe debitor sum octodecim florenorum et triginta duorum Crucigerorum hospiti meo bey dem weissen Ochsen²⁾. Hos importunus admodum a

1) Waldsee, Stadt im Königreich Württemberg.

2) Rechnung für P. Felix vom Wirth für einen Monat:

Herr P. Felix Pfeffer, Conventual von Ottobeyren schuldet mir
Anno 1646 von 6. November büß auf den 6. December, mit ihm verzertes gelt zusammen gerechnet, So beloffen fl. 18 „ 32
dess Herrn Pater Dienstgefgr Cyprianus Übelhaupt,
gastgeber Zum weissen Ochsen in Ulm.

Auf der nämlichen Rechnung meldet P. Felix:

„Quia nuntius Henkhl heri propter obvios milites abire Memingam non potuit, sed regredi ad hospitium Vlmense debuit, ideo Schedam debitoriam ab hospite Vbelhaupt expeditam transmittere volui, et simul ex consilio bonorum virorum suam Paternitatem monere, ut si Salvaguardicam scriptam ac vivam pro monasterio nostro habere voluerint, mature scribant (vel nuntium mittant, quod expeditus censet Dominus Secretarius apud Wengeranos) Domino Baroni de Avengour, et humiliter rogent

me requirit, et nisi proxime solvero, me arresto terret. Ego rogo Paternitatem Vestram quam maxime, ut proximo octiduo nuntio henkhel ad nos reversuro mandet, ut parata pecunia debitum hoc meum dissolvat, et hospiti pro me certo satisfaciatur. Vellem quantopere supra summam istam mihi superadderet 12 vel 15 florenos pro expensis deinceps faciendis apud modernum meum hospitem Brigel, qui quot hebdomadis in parato(?) solvi desiderat, tum libellis quibusdam itentidem redimendis tum denique pro necessitatibus meis, amictum praecipue et refectonem vestium concernentibus; totus enim iam undique lacer sum et coram hominibus ob pelliceum maxime fractum (in quo a Corneto meo ante hac captus sum) comparere vix audeo. Si nil Memingâ mihi destinent, nescio certe, cuius hic opem commodandae pecuniae causa implorem.

Caeterum, ut initio scripsi, volui heri transire Elchingam hospitem aliquandiu acturus ex speciali gratia Reverendissimi eiusdem coenobii, pro qua rogo, Paternitas Vestra in proximis suis ad me dandis, maximas Domino illi Abbati agat gratias nomine Monasterii nostri, vel si velint nostri, me adhuc negotio peracto hic Vlmae, post unam vel alteram hebdomadem ad dictum Coenobium transire, quaeso, Paternitas Vestra speciales hac de causa scribat ac mittat litteras Reverendissimo Elchingensi, et recept . . . m pro me ad suum Monasterium h . . . iter expetat; vel si hoc non placeat, me post aliquantulum temporis Memingam ad nostros revocet, quos omnes humanissime saluto, et cum novi anni felix auspicio deinceps valere quam optime iubeo, meque commendo humiliter.

Vlmae 2. Ianuarii A. 1647 etc.

P. S. Pater familias meus Dominus Ludovicus Brigel cum sua

ipsum pro dicta Salvaguardia, tum scripta tum viva, qui facile a Domino Generali Vrangl, apud quem de facto residet in Leutkirch, impetrare poterit, et vel Commendanti Mindelhemiensi vel Campidonensi ex Vrangliano exercitu scribere pro Salvaguardia viva nostro monasterio largienda. Propter libros Catalogo designatos scribam etiam proxima occasione Domino Avengour, si eos mihi a moderno eorum possessore, Generali Adiutant, exili pro lytro impetrare dignaretur, quod omnino futurum exspecto. Demum moneo iterum atque iterum humillime, ut quia parata pecunia indigeo pro hospite meo moderno Domino Brigel hebdomatim solvendo, ea autem modo penitus careo ob 11 florenos condonatos a Corneto penitus consumptos, das Sie mir 12 oder 15 gewiss vnd vnfehbar durch den Botten henckhl fürstrecken auf negste wiederkonfft verschaffen wollen.

P. Felix Ottoburanus.

coniuge Admodum Reverendum P. Lanfrancum Ochsenhusanum¹⁾ una mecum humanissime pro occasione salutatum cupit, seque commendatum.

XIII.

3. Ian. 1647.

P. S. Expertus sum hodie primum, idem 3. Ian. parvum aliquod positivum seu Virginal²⁾ ligneum depositum esse hic Vlmae apud unum mercatorem, nomine Weinmayr. Veni, vidi, et credidi, atque adhuc credo, esse nostrum, a Domino Magistro Hospitalis³⁾ in Memingen olim mutuatum. Curet ergo Paternitas Vestra, ut aliquis e nostris Ottoburae videat et quaerat in cellis versus Chorum (ubi prius opinione mea stetit) an adhuc simile ibi sit, nec ne. Si non adest, proxima vice per nuntium henckhl mihi significet, et curabo hoc, utpote ex signis nostrum a Capitaneo⁴⁾ hâl nunc existente apud exercitum (qui hic ipsum deposuit), mihi vel sine, vel paucis cum lytro restitui. Me commendo⁵⁾.

XIV.

11. Ian. 1647 Ulm bey hr. Ludwig Brigl. praes. 13. Ian.

... Accepimus uterque, Reverendissimus scilicet Elchingensis et ego Paternitatis suae litteras, ad quas reciprocum tale fero responsum. Nimirum conabor primo pro viribus, ut Calices, Virginal et libros cum Adrichomio, apud Dominum Paccot depositos, vel sine, vel parvo cum lytro recipiam. Nuperrime expertus sum, meisque oculis contuitus apud unum e civibus Vlmensibus septemdecim alios libros, quos inter extat ille Baldus Iurista cum reliquis tantum Iuridicis, quorum Catalogum⁶⁾ hic transmitto rogoque, ut quid facto opus sit, mihi proxime rescribat, an scilicet omnes petito pretio 20 florenum additis 40 crucigeris a cive, qui eos sic primo coemit, redimere debeam (transmissa mihi ad hoc Meminga pecunia), an vero tum aliquos et selec-

¹⁾ Ochsenhausen, kön. Württgsch. O. A. Biberbach, unmittelbare Reichs-Abtei O. S. B. Gestiftet gegen das Jahr 1093 durch Hawin, Adalbert und Conrad, Söhne des Hattos von Wolvodiswredi bei Memmingen, Ritter und welfischen Ministerialen. Die Abtei wurde im Jahre 1803 aufgehoben.

²⁾ Kleine Orgel.

³⁾ Oberhospital O. S. Sp. in Memmingen, angeblich gestiftet 1010 von Heinrich, Graf von Kirchberg, und seiner Hausfrau Hedwig. —

⁴⁾ Capitaneus, Hauptmann bei der Infanterie. —

⁵⁾ Der Brief findet sich nicht mehr vor. —

⁶⁾ Die Cataloge sind nicht mehr vorhanden.

tiores, mihi a Paternitate Vestra ad redimendum determinandos. Possem forte sine lytro eos recipere per decretum Senatus Vlmensis, qui ante mensem circiter vetuit, ne quis civium bona a militibus advecta coemeret; sed quia civis ille librorum possessor sat magni nominis est, iuris scilicet Doctor, timenda mihi et Monasterio nostro gravis foret inimicitia, si nomen eius et possessionem iniustam apud consulem proderem, simulque restitutionem sine lytro exigere. Expecto tamen responsum hac de re Paternitatis Vestrae, quid faciendum mihi quidve omittendum? Quod 2. libros illos nupero Catalogo designatos ac transmissos concernit, res in istis, ut subdo, terminis est. Possessor illorum vocatur Hermannus Michael Herzgen, Regiminis Kluegensis Auditor (ut vocant) non Generalis Adjuvant, ut nuper scripsi. Hic heri primum inopinato Vlmam cum suo Domino Colonello¹⁾ advenit. Quod ut expertus sum, conveni quam primum hominem, rogavique submitte pro restituendis mihi meoque Monasterio libris. Annuit ille, si destinatum primo lytrum 500 florenorum solverem. Petii ego quam humillime remissionem et simul responsum Paternitatis Vestrae commode transmissum insinuavi. Ad quod ille, multis a me precibus fatigatus, hoc ultimum dedit responsum: redditurum se libros, si ei turcicum equum des Herrn Kommenters im teutschen hauss²⁾ alhie, voenalem expeditumque omnibus phaleris et duobus pistolis, loco Monasterii tradidero. Conveni hac de re dictum Dominum Commendatorem, et quaesivi, quo pretio nobis equum tradere vellet. Respondit primo, non minus quam centum Ducatis; rogavi, ut quid de summa remitteret, remisit tandem vel aegre quinquaginta florenos, adeo, ut pro nudo equo sine phaleris ac pistolis ducentos quinquaginta petierit florenos. Iam si pistola quoque cum ephippio et caeteris emenda essent, triginta ad minus florenis opus foret, quos si praecedenti summae addamus, equus phaleratus ad centum Ducatos proxime excresceret. Iam si hic emendus et tradendus militi, librorum possessori, responsum proxime pecuniamque expecto. Interim scripsi ego hac de re supplices litteras ad Generalissimum Turinium, Dominum Avangour et Generalem Comissarium Trassy, et omnes tres pro restitutione librorum vel sine vel paucis cum lytro humillime rogavi, responsum a singulis vel ab uno

¹⁾ Colonel ist soviel als Lieutenant.

²⁾ Ulm war der Sitz einer Deutschordens-Commende. Auch befanden sich daselbst folgende Klosterhöfe: Hof des Klosters Babenhausen, Elchingen, Kaisersheim, Ochsenhausen, Reichenau, Roggenburg, Salmansweiler, Urspring und Wiblingen.

saltem percupide exspectans. Quod ad caetera bona, Donawerdam ¹⁾, ut audio, transvecta, attinet, faciam etiam, quod potero, scribamque pro occasione Patribus Benedictinis illius urbis, ut si quid rerum maxime librorum nostrorum fuerint experti, mihi vel huc Vlman, vel Memingam referant, licet exiguam admodum de rebus ibi repositis spem habeam. De commissariis utriusque exercitus sciat Paternitas Vestra, eos nondum venisse Vlman, in dies quidem expectantur; sed ego venturos non credo, nisi praesentes videro, maxime nunc temporis, cum Brigantium certo captum et in hostium potestatem venisse dicitur. Vae nobis et Acronianis maxime, tam inimicos sortitis hospites! Caeterum ago Paternitati Vestrae gratias quam maximas pro destinatis et acceptis a me hac vice triginta tribus florenis et 32 crucigeris. (Ad marginem: Legat postscriptum.) Satisfaciam una parte hospiti Vbelhaupt (cuius Chirôgraphum nostri absolutorium hic mitto ²⁾, alteram partem mihi applicabo, summe plane et extreme necessariam. Si diutius mihi propter res redimendas hic Vlmae manendum fuerit, (quod necessarium plane existimo) pecunia delegata vix ad tres mihi suffecerit hebdomades, posito quod vel parum me vestire vel laceras resarcire vestes cogitem; omnia enim hic cara admodum, nec est, qui P. Felici victum simul et amictum gratis amplius subministrare velit. Vivo sane, ut possum, parcissime, et vinum integro vix gusto mense; cerevisia tantum ordinarie contentus. Ergo si quid proxime pecuniae petivero, necessitatem credant esse, non prodigalitem. Si enim Vlmae defecerint, migrandum plane erit in Elchingen ³⁾, sive periculum ite-

1) Donauwörth an der Donau, Stadt im kön. bayr. Regierungskreise Schwaben und Neuburg. Das dortige Benedictinerkloster zum hl. Kreuz ist von Mangold, Grafen von Kiburg und Dillingen 1029 gestiftet, 1803 säkularisirt worden.

2) Das Absolutorium lautet:

Ich vnderschiedener bekenne, dass ich von Lobwürdigen Gaistlichkeit dess Gottsshauss Ottenbeyren Wegen ihres Conventual h. P. Felix Pfeffer, So er bey mir verzehrt hatte Achzechen vnd Ein halben gulden (Sage 18 $\frac{1}{2}$ fl.) Empfangen habe, bezeiget diss meine Eigene handvnderschrift vnd gewöhnliches Pettschaft. Sign. Vlm den $\frac{2}{12}$ Januarij a. 1647.

Ciprianus Vbelhaupt Gastgeber zum weissen Ochsen bekenne wie ob stat.

3) Abt Johannes II. von Elchingen schreibt wegen zeitweiliger Aufnahme des P. Felix in sein Kloster an P. Sebastian in Memmingen:

Mein gebet vnd frdl. gruess, sambt winschung von Got vieler glückhseligler fridförtiger neuer Jahr zuvor, Ehrwürdiger vnd gaistlicher besonders lieber Herr!

Wass bey mir E. E. wegen dero conventualis P. Felicis vss gueten vertrauen angehalten vnd gebeten, habe Ich vss dero schreiben genugsam vernommen.

ratae captivitatis ibi fuerit, sive non. Quod postremum potius crediderim, cum monasterium trina (ut nuper scripsi) Salvaguardia munitum sit, et hactenus graviter ab hoste necdum infestatur. Remitto tamen hac in re totum negotium Superis et Superioribus, et me Paternitati Vestrae ac caeteris compatribus cum amicissima salute plurimum et submisse commendo, responsum ad transcripta percupide expectans.

Vlmae bei Hr. Ludwig Brigel 11. Jan. 1647 etc.

P. S. Corrige scriptum ultimo de acceptis triginta tribus florenis cum dimidio; nam quindecim tantum recepi pro meis necessitatibus ¹⁾, reliquos 19 recipiat hospitis creditor Memingae Georgius Albrecht, ut testatur schedulâ Vbelhaupt.

XV.

19. Ian. 1647. Ulm.

a. praes. 21. Ian. etc.

Cur Paternitas Vestra me hac vice responso dignata non sit,

Wie Ich nuhn E. E. vorderst ob dem hochw. meinen hochgeehrten h. Prälaten, vnd all seinen Angehörigen zu inder occasion annemlich zu gratificiren so berait alls auch erkhanlich schuldig bin, also erböte Ich mich auch dess erwelt P. Felicis halb, souil guetwillig, dass vf erhaichende notturfft Er bei meinen Gotshauss (vngeachtet wir durch die bewusste feindlicheiten vnd widrige Kriegs verfarung meine ohne dem geringe intraden sowol bey meinem Gotshauss alls armen vnterthanen vmb souil entzogen worden, dass mir zur vnderhaltung mein vnd der meinigen ein sehr geringes beuorsethet) sein vnderkommen so guet als die meinigen haben möge, da er allein vor lieb nemen würdet.

Im Vbrigen aber, weilen mein Gotshauss vf offenem landt allerhandt Kriegsgefahr exponirt, vnd nit mehr alls mit 3 lebendigen Salva quardi Reitern von Französ. vnd Schwedisch. Armeen bestellt ist: dass kenden E. E. vernünftig erachten, dass Ich mich seinethalben zu keinerlei versicherung obligiren kende, souil aber vertröstung gegeben haben wolle, dass Er so guet alls die meinige accomodirt vnd verwart sein solle.

So E. E. widerantwortlich vnuerhalten sein soll, der Götlichen bewahrung dabei wol ergeben. — Vlm den 11. Jan. a. 1647.

E. E. guetwillg. Jann Abbte zu Elchingen mpr.

¹⁾ Auch hierüber stellte P. Felix ein Quittschein aus:

Dass Ich Endtsbenannter von Zaigern Michael henckhl, Memingischen Ordinari Botten für meine Nottdurfftigkhaiten in baaren gelt empfangen fünf zechen Gulden ehenst zu Memingen zuerstatten, bekhenne mit gegenwertigen Quittscheindl, so geben Zu Vlm den 11. Jan. A. 1647.

P. Felix.

a tergo Schuldscheindl. — Bezahlt Michaeli Henckel (so er richtig gemacht).

13. Jan. 1647. —

mirarer, nisi legitimam subesse causam ¹⁾ crederem, defectum scilicet potestatis disponendi pro libitu circa libros illos ab Hermanno Herzgen pro centum Ducatis redimendos. Puto equidem scriptum hac de re Reverendissimo nostro Abbati, et placitum ipsius necdum forte Memingae perceptum. Si tamen interea responsum accepit, rogo quantopere me proxima vice certiore reddat, ne libri redimendi brevi, ut timeo, in Belgium abeant, mille forsitan alias vix coemendi florenis. Quid fieri insuper velit cum libris illis Iuridicis nuper Catalogo insinuatis, scire admodum velim. Expertus ante triduum septem alios maioris formae libellos sum, inter quos existunt tomi Summae S. Thomae, a Paternitate Vestra olim, ut credo coempti, et manu propria mihi sat nota inscripti. Negotiatoris quaedam foemina eos hic Vlmae pro floreno coemit, et si redimi velint, pro omnibus septem florenos repetit. Quid ergo hic mihi etiam faciendum proxima vice expecto responsum. Positivum illud seu Virginale vix dimittet, ut audio, Capitaneus ille Hell, de quo scripsi, musicae et musicorum instrumentorum ingens amator, et si ad meas litteras hac de re ipsi perscriptas necdum habeam responsum. Quod Reverendissimus Dominus Abbas Elchingensis ad nuperas Paternitatis Vestrae non rescripserit, oblivio partim, partim ingens negotiorum moles tum temporis in causa fuit, et si scriberet, mature ipsum tum monuerim, tum rogaverim postea tamen nihilominus oblitum. Nunc compensat neglectum, et tum meae, tum suae Paternitatis, ut spero voluntati satisfacit. Sane quod Vlmae adhuc sim, non nisi reculae ac libri a me comperti in causa sunt; si ad manus recepero, vel Elchingam, vel Memingam pro dispositione Superiorum me continuo recipiam. Si tamen putet Reverentia Vestra citius migrandum extra urbem, maxime dum spes recipiendi bona dicta sat incerta est, et sumptus interea faciendi admodum magni, velim etiam scire, quid mihi facto opus sit. Certe faciam, quod tum mihi tum monasterio nostro iudicaverit utilius. Caeterum apud hospitem meum Dominum Brigel singulis hebdomadibus consumo duos florenos pro cibo et potu, pecuniam sane haud magnam, si respectu sumptuum in caupona factorum comparavero. Pro vestibus resarciendis et aliis coemendis vix octo mihi sufficiunt floreni, quos interea de quindecim

¹⁾ Die einzige Ursache war der Mangel an Geld. Der Lieferungen sowohl an die Kaiserlich-Bayrische als an die Schwedisch-Französische Armee war kein Ende, sie erschöpften das Kloster vollständig und von Seite der geplagten und geplünderten Unterthanen waren keine Abgaben zu erhalten; nur um ihr Leben zu schützen, war ein grosser Theil derselben in die Schweiz ausgewandert.

mihî destinatis accipio. Proximo die lunae mihî denuo petenda licentia a Senatu Vlmensi est, ulterius manendi in urbe, quod commune singulis advenis est, qui ab uno octiduo ad alterum licentiam manendi petere coguntur. Ferunt, eos omnes proxime expellendos propter numerum admodum adauctum et periculum morborum sensim imminens. Si me quoque sors tetigerit, migrandum alio erit, ubicunque libri sint, a me, ut sperabam, proxime redimendi, vel sine lytro recipiendi, sed commendo haec singula Superis. Commissarii utriusque exercitus hodie denuo dicuntur certo vel saltem cras, in urbem venturi, licet ego necdum credam, nisi videam, falsitate famae plus quam nimio deceptus. Atque his Paternitatem Vestram quam optime valere, et nostros patres cum reliquis domesticis Memingae versantibus (maxime Domino Cancellario nostro cum suis) salvere percipio me interea singulis in precibus sacrificiisque commendans etc.

XVI.

23. Ian. 1647. Ulm.

P. S. 1). Tandem aliquando venerunt huc Vlmam Commissarii Caesarei et Bavarici a me 19. huius, necdum certo exspectati. Diverterunt Caesareani in domo Theuthonica apud Dominum Commendatorem, Bavarici in aedibus Kayssenhaimensibus, et unus Comes Dominus de Schwarzenberg in aedibus Elchinganis. Suecici et Francici necdum advenêre, sed in dies expectantur. Quid, si utrinque convenerint, tractaturi sint, mihî ignotum est. Fertur de armistitio et pace ad executionem perducenda. Faxint Superi, ut hoc fiat, optatumque sortiatur exitum. Ego Paternitatem Vestram ob libros ab auditore Herzgen redimendos, si placet, et alios a me hactenus in litteris insinuatos, humillime commonuerim rogaverimque, ut si quid facere velint, mature faciant, ne occasio neglecta poenitentiam inducat; ante omnia, si redimendos velint libros, me provideant pecunia, pro pretio destinata. Me commendo humiliter.

Vlmae 23. Ian. A. 1647.

P. Felix Ottoburanus.

Post haec scripta inaudivi a Barone quodam, advers . . . Commissarios penitus non venturos; verum demonstrabit eventus.

XVII.

2. Febr. 1647. Ulm. etc.

Iam non miror tantum, sed (venia sit dicto) indignor utcunque, Paternitatem Vestram me nullo amplius dignari responso. Verum non

1) Der Brief selbst ging verloren.

male forsan congero, cuius id fiat instinctu, cui tamen, dum Religiosus sum, omnem, ni fallor, exhibui semper debitum honorem et amorem¹⁾. Nimirum hae gratiae meae sunt, quod hactenus Vlmae pro recuperandis reculis nostris pro viribus laboraverim et adhuc laborem. Sane calices nuper binos (de quibus antehac scripsi) sine pretio quidem, sed non multis precibus denuo recepi. Libros huc Vlma advectos facile reciperem quoque, si leve saltem pro iis expenderem lytrum; nunc eo deficiente et ego deficio, et laboribus posthac ex integro supersedeo. Valeant ergo pretiosi admodum libri in Munderking, octingentis vel mille vix de novo emendi florenis. Valeat pulcher Adrichomius, caeterique Geographici, multo pretio vix alias comparandi. Valeant denique plura, quae obliquis auribus Vlmae divendita vel alias distracta per cives inaudivi, sine pretio tamen et lytro minime recuperanda. De Commissariis utriusque exercitus, multa utcunque haberem, quae scriberem, nisi calamum taederet et animum, a nostris praeter spem et opinionem contemptum. Claudio iam ultimas et postremas Memingam iturus, nisi mutuas recepero. Saluto omnes. Raptim.

Vlmae, 2. Febr. A. 1647.

P. S. Hoc solum rescire cuperem, quot Calices a Monasterio nostro abstracti sint, cum audiam, alicubi septem diventitos. Addant etiam insignia eorum, si placeat et me non penitus contemnant.

XVIII.

9. Febr. 1647. Ulm. etc.

Tacere nuper penitus proposueram, nimio nostrorum silentio adactus, sed ut scribam hac etiam vice, publicum suadet monasterii nostri commodum. Nempe concernit hoc libros, de quibus toties iam frustraneas perscripsi litteras. Iam res in his, quos subdo terminis est. Supplicavi ante octiduum Generali Domino Commissario Trasy propter dictos libros monasterio nostro restituendos. Respondit breviter, hoc fieri non posse sine lytro centum plus minus florenorum, mediante intercessione et opera Generalissimi Principis Turinii, qui ea de re suppliciter invocandus sit. Cum igitur ego pro mea persona nihil promittere possim, multo minus dare pro remedimendis libris, pecuniae penitus inops, adhuc ultimo Paternitatem Vestram cum nostris tum monere, tum rogare plurimum volui, ut si redemptos velit pretiosos adeo libros, tantilli lytri ne poeniteat et centum florenos (si ad ma-

¹⁾ Auf wen hier P. Felix anspielt, ist nicht zu ermitteln; wahrscheinlich meint er den P. Jeremias, aber mit Unrecht; denn dieser wusste kaum die nothwendigsten Bedürfnisse des Hauses und die dringendsten Forderungen der Freunde und Feinde zu befriedigen.

num sint) pro eorum solutione expendere non pigeat. Hoc vero si facere placeat, mature fiat, ne occasione neglecta redimere posthac libros lubeat, cum tamen fieri amplius nequeat. Ego pro mea parte deinceps excusatum me velim, cum plus praestare non possim, nostrorum opera subsidiorumque desertus. Modo post triduum transeo (Deo volente) ad monasterium Elchingense, tamdiu ibi mansurus, quamdiu Superis libuerit et Superioribus. Me commendo nostrosque saluto. Raptim Vlmae 9. Febr. A. 1647. etc.

XIX.

16. Febr. 1647. Ulm. etc.

Aegre ferrem sane tot exprobrationis modos mihi nuper transmissos, nisi eos ab amico animo productos, simul et causatos noscam. Acerbiorum specie a me transmissarum, non duplex tantum, sed quadruplex Reverentiae Vestrae silentium in causa fuit. Quod ita sit, testantur initia litterarum mearum adhuc memoriter retenta, quae referre possem, si vellem, computata ad trinas Schedulâ, quam hospiti Memingensi ad gryphem dicto, hinc abeunti separatim tradidi, a Paterinitate Vestra haud dubie receptam. Certe quod hactenus continuas scripserim, amor monasterii et bonorum nostrorum fecit, quod inanes vero et lucro vacuas transmiserim, minor forte mea, quam aliorum culpa existit, lytro ad redimendos libros, aliaque necessaria plus aequo forsân parentium. Audivi enim pro certo plures longe libros, quam ego Catalogo signavero, ab Officiali Roggenburgensi ¹⁾ Memingae nostris redimibiles insinuos, qui si omnes negligantur, seram haud dubie quandoque simul ac seriam generabunt poenitentiam. Quod abitum meum in Elchingen concernit, res adhuc praeter opinionem in dubio est; migrare nuper eo volebam et licentiam ad hoc a Reverendissimo suppliciter expetebam, sed respondit, collocuturum se prius cum patre suo Priore, et an locus pro me ac praecipue lectus in Coenobio residuus sit, inquisiturum. Ergo cum cras venturum P. Priorem ad phlebotamiam Reverendissimi percipiam, cras etiam seu affirmativum seu negativum de hac re exspecto responsum. Etsi vero illuc devenero, timeo, ne diutius morari illic haud liceat, idque ob Francicos milites acervatim denuo circa Vlmam congregatos et in vicinis pagis ac oppidis, ut fertur, hyematuros. Si manere diutius in monasterio non licuerit, animus est, brevi forsân Salisburgum, vel etiam Memingam aut Otto-

¹⁾ Roggenburg, Pfarrhof im kön. bayr. B.-A. Illertissen, ehemalige Reichsabtei Prämonstratenser-Ordens, gestiftet 1126 von Sigfried, Graf von Biberack und seiner Gemahlin Demuth von Hohenzollern; 1803 säkularisirt.

buram, si opera mea indigeant, ad nostros proficisci. Quod attinet ad Commissarios utriusque exercitus, simul iam denuo omnes hic Vlmae sunt, Suecicis heri praeter spem reversis, qui ante dies aliquot, nescio qua de causa, hinc improvise discessere. Numerus Legatorum sane grandis ac magnificus est, et speratur, eos feliciter sua acturos negotia, quod Superi velint, faxintque. Me commendo, nostrosque patres cum domesticis amicissime saluto. Salutatur vicissim Paternitatem Vestram hic Reverendissimus Elchingensis. Raptim Vlmae 16. Febr. A. 1647. etc.

Die Feier des goldenen Priester-Jubiläums des hochwürdigsten Hrn. Prälaten Bonifacius Wimmer O. S. B.,

Abtes von St. Vincent und Präses der amerikanisch casinensischen Benedictiner-Congregation.

(Original-Bericht.)

Vorbereitung.

Einer der feierlichsten Tage, die St. Vincent je gesehen, war unstreitig der 1. August dieses Jahres, an dem es das goldene Priesterjubiläum seines Stifters und ersten Abtes beging. Es darf auch nicht Wunder nehmen, dass er der schönste gewesen, hatte man ja schon ein halbes Jahr zuvor Anstalten getroffen, diesen Tag best feierlichst zu begehen. Als man sich aber über diese Feier schon im Voraus freute, geschah es eines Tages, dass Seine Gnaden von der verabredeten Festlichkeit Kenntnis erhielten. Dass ein positives Verbot hierauf erfolgen werde, war leicht zu vermuthen, wie die Wirklichkeit es auch bestätigte. Dass auch eine allgemeine Missstimmung über dieses Verbot sichtbar wurde, braucht kaum erwähnt zu werden, zumal jedwedes Zureden und Argumentiren erfolglos blieb.

Waren diese Mittel erfolglos geblieben, so sollte ein anderes seinen Zweck nicht verfehlen. Oeffentliche Organe erhielten, noch rechtzeitig genug um Vorkehrungen zu treffen, Kenntnis von diesem bevorstehenden Jubiläum, worauf auch gleich unter andern Hausfreunden einige Bischöfe und Prälaten sich zur Festfeier einluden. Somit war das Ziel erreicht; an ein Familienfest, das es bloss werden sollte, war nun nicht mehr zu denken.

Ovationen.

Je näher hierauf der Jubeltag rückte, desto höher stieg auch die Freude der geistigen Söhne des greisen aber noch rüstigen Herrn Jubilaren, die beim Empfange der Freunde und Gönner des hochw. Herrn Prälaten, ein, zwei und drei Tage vor der Jubelfeier sich am deutlichsten zu erkennen gab. Auch öffentliche Organe drückten ihre Freude über das bevorstehende Fest aus, wozu die „Wissenschaftlichen Studien und Mittheilungen“ an erster Stelle erwähnt zu werden verdienen für die Ovation, die sie dem Herrn Jubilaren in einer ebenso meisterhaften als kunstgerechten Ode von Professor Kotzurek brachten. Rühmend verdient auch erwähnt zu werden die „Katholische Volkszeitung von Bal-